

USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)
Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2019-LIVELLO B2

01 Legitimi amoris quasdam imagines, non sine maxima veneratione contemplandas,
02 lectoris oculis nunc subiciam, valenter inter coniuges stabilitae fidei opera
03percurrens. Ti. Gracchus, anguibus domi suae mare ac femina deprehensis, certior
04 factus ab aruspice, mare dimisso uxori eius, femina ipsi celerem obitum instare,
05 salutarem coniugi potius quam sibi partem augurii secutus, mare necari,
06 feminam dimitti iussit sustinuitque in conspectu suo se ipsum interitu serpentis
07 occidi. Itaque Corneliam nescio utrum feliciorum dixerim, quod talem virum
08 habuerit, an miseriores, quod amiserit. C. Plautius Numida fuit in consimili
09 amore par exemplum: morte enim uxoris audita, doloris inpotens pectus suum
10 gladio percussit. Interventu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus, ut
11 primum occasio data est, scissis fasceis ac vulnere divulso, tam violenta morte
12 testatus est quantum maritalis flammae illo pectore clausum habuisset. Consimilis
13 adfectus Iuliae, C. Caesaris filiae, adnotatus est. Quae, cum Pompei Magni
14 coniugis sui vestem cruore respersam e campo Martio domum relatam vidisset,
15 territa metu ne qua ei vis esset adlata, exanimis concidit partumque, quem utero
16 conceptum habebat, gravi dolore corporis eicere coacta est.

ESERCIZI

1) Scegli il riassunto che ti pare meglio corrispondere ai racconti che hai letto:

- Tre esempi di affetto coniugale: Tiberio Gracco si lascia uccidere da un serpente per salvare la moglie; Plauzio Numida quando rimane vedovo si uccide per la disperazione; Giulia sviene per il timore che il marito sia morto
- Tre esempi di affetto coniugale: Tiberio Gracco si lascia uccidere da un serpente per salvare la moglie; Plauzio Numida quando rimane vedovo si uccide per la disperazione; Giulia muore per il timore che il marito sia morto
- Tre esempi di affetto coniugale: Tiberio Gracco fa uccidere un serpente per salvare la moglie; Plauzio Numida quando rimane vedovo si uccide per la disperazione; Giulia sviene per il timore che il marito sia morto
- Tre esempi di affetto coniugale: Tiberio Gracco fa uccidere un serpente per salvare la moglie; Plauzio Numida quando rimane vedovo si uccide per la disperazione; Giulia muore per il timore che il marito sia morto

2) Indica il significato che hanno le seguenti parole o espressioni, nel contesto di questo brano:

r. 3 *percurrere* (qui *percurrens*)

- passare in rassegna
- proporsi come scopo
- raggiungere come fine
- correre velocemente

rr. 03-04 ***certior factus***

- accertato
- avvertito
- assicurato
- responsabilizzato

r. 4 *instare*

- avvicinarsi
- contrapporsi
- incombere
- opporsi

r. 05 *salutare*

- balsamico
- efficiente
- salubre
- vantaggioso

r. 06 *sustinere* (qui *sustinuit*)

- proporre ripetutamente
- sostenere insistentemente
- reggere faticosamente
- sopportare coraggiosamente

r. 07 *felix* (qui *felicioem*)

- contenta
- fortunata
- prolifica
- soddisfatta

r. 11 *divellere* (qui *divulso*)

- far coagulare
- ridurre a brandelli
- squarciare
- tormentare

r. 13 *adnotare* (qui *adnotatus est*)

- attestare
- biasimare
- chiarire
- interpretare

3) Indica se le seguenti affermazioni sono giuste oppure no

- | | | |
|---|-----------------------------|-----------------------------|
| r. 02 <i>opera</i> è un accusativo neutro plurale | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 04 <i>femina</i> è un ablativo riferito a <i>anguis</i> | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 04 <i>ipsi</i> si riferisce al serpente maschio | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 05 <i>secutus</i> è un participio congiunto | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 09 <i>par</i> è maschile, riferito a Plautio Numida | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 10 <i>ut</i> introduce una frase consecutiva | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 12 <i>maritalis flammae</i> è un genitivo partitivo | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |
| r. 15 <i>qua</i> è un pronome relativo | <input type="checkbox"/> sì | <input type="checkbox"/> no |

4) Completa la seguente parafrasi del testo distribuito, completando come richiesto le associazioni fra parole e numeri

Exempla nobis maxima cum reverentia admiranda hic proponentur, quibus inter coniuges amor quantus et qualis possit esse intellegitur, cum quaedam firmissima fide coniugali ___A___ breviter videamus. Ti. Gracchus, cum in eius domo duo colubri capti essent, quorum alter mas, alter femina erat, aruspicem interrogavit, qui respondit eius uxorem statim morituram esse, si mas liberaretur, si femina contra, ipsi ___B___ moriendum esse. Nulla interposita mora, Tiberius cum uxoris salutem suae anteponeret, imperavit ut femina liberaretur atque mas necaretur, cum hanc caedem mors sua certe ___C___ . Cornelia felicior, ___D___ tali viro nupta erat, an afflictior, cum tali viro ___E___ esset, nobis videtur? Coniugalis amoris exemplum pariter admirandum C. Plautius Numida ___F___; nam cum de uxoris morte certior factus esset, intolerabili dolore quasi ___G___ captus, per pectus sibi vulnus ___H___ . Familiaribus extemplo supervenientibus, quod coeperat tunc ___I___ non potuit, sed, ubi primum occasio se ___K___ , ligamenta rescidit ac vulnus ___L___ laceravit tanta vi ut mortem sibi consciverit, cum se adhuc uxoris amore flagrare simul ___M___ . Parem affectionem ___N___ Iulia, Caesaris filia,

fertur. Nam cum viri Pompei Magni vestis cruenta e Campo Martio domum ei relata esset, hoc visu ____**O**____capta est, metuens ne ____**P**____vulnus ille accepisset, animo relicta humum cecidit atque filium, quem ventre gerebat, intempestive ____**Q**____, magnis doloribus cruciata.

- 01 effecta 02 orbata 03 furore 04 terrore
 05 probaret 06 sequeretur 07 habuisse 08 perficere
 09 intulit 10 obtulit 11 peperit 12 praebuit
 13 quia 14 quod 15 rursus 16 statim

- A**____ **B**____ **C**____ **D**____ **E**____ **F**____
G____ **H**____ **I**____ **K**____ **L**____ **M**____
N____ **O**____ **P**____ **Q**____

5) Indica se le seguenti affermazioni sono da considerarsi vere (V) o false (F)

	V	F
Ti. Gracchus, cum aruspici responsum audivisset, non dubitavit quin uxor sibi servanda esset		
Omnes legitimi amoris imagines nobis contemplandae sunt, ut auctor adfirmat		
Ti. Gracchus libenter mortem obiit, ut uxori parceretur.		
Cornelia auctori felix videtur magis quam misera		
Non satis constat uter anguis in Gracchi domo captus dimissus sit		
Cum Plautius Numida uxori superesse nolebat, familiares eum detinere conati sunt		
Plautius Numida coniugalis fidei maximum exemplum praebuit quia, uxore amissa, mori voluit		
Iulia, Pompei Magni uxor, de illius vita anxia, tanta sollicitudine affecta est ut filium ante tempus ediderit		

6) Esegui le seguenti trasformazioni:

a) *Legitimi amoris quasdam imagines, non sine maxima veneratione contemplandas, lectoris oculis nunc subiciam* => Legitimi amoris quasdam imagines, ut maxima veneratione _____, lectoris oculis nunc subiciam.

b) *C. Plautius Numida [...] morte uxoris audita, doloris inpotens pectus suum gladio percussit* => C. Plautius Numida, cum mortem uxoris _____, doloris inpotens pectus suum gladio percussit

c) *C. Plautius Numida [...] pectus suum gladio percussit. Interventu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus [est]* => C. Plautius Numida [...] pectus suum gladio percussit, sed domestici prohibuerunt quin inceptum _____.

d) *Ut primum occasio data est, scissis fasceis ac vulnere divulso, tam violenta morte [C. Plautius Numida] testatus est quantum maritalis flammae illo pectore clausum habuisset* => Occasione data, C. Plautius Numida fascias scidit ac vulnus divulgavit, ita ut tam violenta morte _____ quantum maritalis flammae illo pectore clausum habuisset.

7) Traduci il seguente testo:

Pietatis exempla infinita toto orbe extiterunt, sed Romae unum, cui comparari cuncta non possint. Humilis in plebe et ideo ignobilis puerpera*, supplicii causa carcere inclusa matre, cum impetravisset aditum, a ianitore** semper repulsa antea ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. Quo facto matris salus donata pietati filiae est, et locus ille eidem consecratus deae, templo Pietatis extracto in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli theatrum est. Gracchorum pater, anguibus deprehensus in domo, cum responderetur ipsum victurum alterius sexus interempto: “*Immo vero, inquit, meum necate, Cornelia enim iuvenis est et parere adhuc potest*”. Hoc erat uxori parcere et rei publicae consulere!

* **puerpera**] puerpera dicitur femina quae puerum vel puellam peperit

** **ianitor**] ianitor servus est, cui aditus domus vel carceris custodiendus est

8) Metti la didascalia latina che ti sembra più appropriata alle seguenti figure, usando, se possibile, le parole dei testi che hai letto finora:





(J.P. Suvée, *Cornelia e i suoi figli*, Parigi, Museo del Louvre)



(C.F. Boetius, *Charitas romana*, coll. privata)
